

72
 Privilegium Stanislai episcopi Plo:
 censis super certa sorte in Trzepowo ve:
 nerabili capitulo Plocensi donata pro vil:
 la Igowyanthka

353.

94

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memo:
 ria factorum, nisi testibus veridicis et scriptis pu:
 blicis lucide fuerint perhennata. Nos igitur Stani:
 slaus Divina et apostolica sedis providentia episcopus
 ecclesie Ploensis, notum facimus universis, tam pre:
 sentibus quam futuris, ad quorum notitiam perve:
 nit scriptum presens. Quod cum dominus Jurislauus
 bona memorie noster predecessor, villam mensa no:
 stre Byrzychewo dictam in vulgari, in territorio Go:
 stinensi situatam, venerabili in Christo patri domi:
 no Jaroslao archiepiscopo Gnezneni, propter urgen:
 tem necessitatem in tantum maris ponderis Cra:
 covien obligasset, et ecclesia cum capitulo villam
 Igowyanthky vulgariter nuncupatam, in terra Lu:
 iavieni constitutam, que ad capitulum nostrum
 spectabat, pro certa pecunia quantitate vendidisset,
 pro eo quod ecclesia ex ea nullas utilitates potu:
 it habere, et per dominum Cazimirum bona me:
 morie regem quondam Polonia, pluribus annis
 fuit occupata, et per sal quod foditur, magna
 habuit impedimenta. Nos pro eadem pecunia dicta
 villam Byrzychewo, apud prefatum dominum ar:
 chiepiscopum liberavimus et redemimus iterato, et
 volentes ne ea eo capitulum nostrum aliquod pre:
 iudicium vel damnum haberet; loco predictae villa
 Igowyanthky, et in recompensam eidem capitulo
 nostro, ipsius ad hoc unanimi voluntate accedente
 et consensu, sortem in Trzepowo, iunctam Trzepowo

Sol

villae

E

1372. in die . . .
villa capituli predicti, damus presentibus et conferimus, realiter et cum effectu, per ipsum capitulum perpetuis temporibus tenendum, possidendam et habendam, plenum dominium et ius, quod nobis in eadem villa competebat, in ipsum transferimus, nihil nobis iuris in eadem villa reservato. In cuius rei testimonium sigilla, nostrum et capituli nostri Blovensis sunt appensa. Datum in Blozke die Dominica qua cantatur, Invocavit, in anno Domini 1372. Presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Dobestao preposito, Mezslao decano, Jaczkorne scholastico, Cybonio archidiacono, Nicolao cantore, Nicolao custode, Janupio cancellario, Nicolao archidiacono Dobrinensi, Petro officiali, Petro subcustode, Alberto Corwo, Alberto de Jemyelnira, Mezslao de Gambyno, Andrea de Cuvlino, Martino de Wythowo, mroorkone Nagorka canonicus Blovensis, et aliis quam plurimis fide dignis.